

Evitate malum, peccata & scandala mundi,
Ne quis iners vite, dum lux brevis ista, cavete
Tempus abire sinat, nec signa orientia coeli
Vana putet quisquã, præbent miracula vobis.

CALAMITAS.

Laudes omne tuas feram per eum,
Dum nostris precibus moveris, & nunc
Concedis veniam reis reversis,
Laxatãq; gravi severitate
Nobis hanc modò noxiam remittis,
Laudes omne tuas feram per eum.

I. V. O.

RODOLPHO BELLINCKHUSIO,
AMICO SUO.

Monstra polo fieri: Phœbum & nigrescere Phœben,
Visãq; non uno spectarier ignea vultu:
Tela micare: Acies punctim casimãq; ferire:
Aëra terribili nimborum verberetundi:
Vim seviræ sali: Terras glutinier undis
Dum videat ludatãq; protervus sannio tanquam,
Sortis ab arbitrio cæca volvantur in orbe,
Quid reris Rudolphe tuosne hos ille TREMORES.
Tot varios terra mentem mutatus, honesti
Mancipium metuet, vitãq; errore relicto
Incipiet posthac scelerrum tædere virumq;
Se dabit in medio extremis utrinãq; negatis.
Sponte suã qui calcet iter? si præstet id omnis,
Enge tibi venãq; tue fausto omine dicam.
Sed fors ante diem hoc nam illuc quis diripit arcum?
Quis studet esse bonus, nostrum delapsus in ævum?
Labimur in vetitum semper, gaudemus iniquo,

Atq;